

res, et ad effectum praedictum in judicio produxerunt instrumenta antiquarum investiturarum eis respective ut supra factarum de dictis decimis, et praecipue dictum instrumentum investiturae factae per dictum quondam Reverendissimum D. Carolum, et alia jura opportuna pro habenda dicta nova investitura, et recognitione dictarum decimarum feudalium respective in omnibus prout fuerant investiti eorum majores, et antecessores ab agentibus dictae Mensae ut supra, quae quidem investiturae seu recogniciones ad effectum produci non potuerunt ob absentiam domini Advocati Fiscalis dictae Curiae, cui praedictis de Gatticis consignata fuerunt instrumenta, et jura dictarum decimarum, et ob superventam mortem praefati illustrissimi, et reverendissimi domini Cardinalis Episcopi ut dicebant.

Cumque etiam sit quod post adeptam possessionem Episcopatus Novariae per Illustrissimum, et Reverendissimum Archiepiscopum Ulpianum Vulpium Modernum Episcopum dictae Civitatis, dicti supra nominati de Gatticis nominibus respective antedictis petierint se investiri de dictis decimis feudalibus, seu portionibus decimarum feudalium respective et debitae referendo ab Illust. et M. R. Dominico Casali uti procuratore dicti Illustrissimi et Reverendissimi domini Episcopi ad formam dictarum investiturarum antequam et praecipue dictae novissimae investiturae factaeque per dictum et quondam Reverendum Carolum Episcopum in dictum quondam Antonium Curtium Gatticum suo, et dictis nominibus ut constat ex instrumento recepto per dominum Michaelem Michaelium Notarium, et Cancelarium Curiae Episcopalis Novariae sub die 12 mensis julii anni 1593 proximi praeteriti seu anno ad quod etc. dictus vero dominus Procurator dictam investitaram facere obtulerit.

Hinc est quod dictus Illustrissimus et multum Reverendus dominus Dominicus Casalis uti Procurator, procuratorio nomine praedicti Illustrissimi et Rev. domini Archiepiscopi Ulpiani Vulpii Episcopi Novariae et

Comitis, ut constat ex instrumento ejus mandati recepto per dominum Laurentium Berardinellum Notarium urbis sub die 12 mensis junii anni 1620 proximi praeteriti seu anno etc. ad quod etc. et quod fuit ibidem exhibitum in praesentia etc. nomine praedicti D. Episcopi ejusque Mensae Episcopalis Novariae anulo aureo imposito digito infra dicti Reverendi domini presbiteri Gasparis Gattici Procuratoris ut infra ac et digito praedicti domini Marci Antonii Gattici suo nomine proprio, et ut infra titulo, et jure nobilis honorifici, gentilis, et perpetui feudi investivit seu reinvestivit ac reinvestit dictum multum Reverendum Gasparem Gatticum habitatorem Novariae uti procuratorem, et procuratoriis nominibus dicti Francisci de Gatticis patris sui, et Joannis Lucae de Gatticis patrui sui, ut constat ex instrumento ejus mandati recepto per dominum Hyeronimum Cuchettum Notarium Aronae quod est penes me Notarium infra dictum dimissum.

Ac dictum Illustrissimum dominum Marcum Antonium Gatticum suo nomine proprio et nominibus, et jure dictorum Francisci, et Joannis Lucae fratrum suorum, et quemlibet eorum pro portionibus unicuique spectantibus praesentem, et acceptantem, et se se investientem nominibus antedictis.

Nominative de eorum contingenti parte, et portione, seu portionibus respective decimae feudalis dictorum locorum et territoriorum Gattici, Borgognelli, et Ciselli alienatis quoquo modo exceptis, et quae ad dictam Mensam Episcopalem aliquo modo devenissent, et quae per dictum Reverendum Episcopum seu dictam Mensam vel ejus nomine tenentur, et possidentur, et non aliter, nec alio modo, etc.

Item simili titulo investivit et investit, seu reinvestivit, et reinvestit dictum dominum Marcum Antonium Gatticum suo nomine proprio, et nominibus, et vice dictorum Francisci, et Joannis Lucae ejus fratrum filiorum quondam dicti Antonii Curtii Gattici praesentem et acceptantem ad suorum, et eorum nominibus ut supra.

Nominative de decima , ac portione decimae feudal^s,
 149 et juris decimandi in terra et territorio Gattici de qua
 alias fuerat investitus quondam dominus Joannes Lu-
 cas Gatticus quondam domini Bartholomaei , et ejus
 antecessores , et quae postea pervenit in dominas Lu-
 ciam , et Angelam sorores olim praedicti domini Joa-
 nis Lucae filias , et deinde in earum filios et haere-
 des , qui postea eadem decima , et jure decimandi ut
 asseritur remanserunt privati , et de qua decima , et
 de quo jure praedictus dominus Antonius Curtius Gatti-
 cus dictorum fratrum pater suo , et nomine dicti Joa-
 nis Lucae ejus fratis uti descendentes per lineam ma-
 sculinam ex dicto quondam Joanne Luca antiquorem
 eorum abavo reintegrati , seu reinvestiti fuerant per
 quondam dominum Petrum Mariam Pontonum olim
 Episcopum Novariae ut constat ex instrumento rein-
 vestiturae recepto per dominum Michaelem Michaelium
 Notarium publicum sub die 29 mensis januarii anni
 1592 proxime praeteriti , seu anno etc. ad quod etc. et
 novissime dictus quondam dominus Antonius Curtius
 Gatticus suo , et dicto nomine investitus fuit a quon-
 dam Reverendissimo domino Carolo Abatilucapetri
 Episcopo Novariae praedecessore dicti Illustrissimi do-
 mini Cardinalis ut constat ex instrumento recepto per
 dominum Notarium sub die 12 mensis julii anni 1593,
 ad quod etc.; salvis tamen semper juribus praedictae
 Mensae Episcopali et cuiuslibet tertiae personae tam
 in possessorio quam in patitorio , et prout infra etc.

Quae infeudationes , et investiture ut supra factae
 150 de dictis portionibus decimarum nullatenus ad feudum
 novum extendantur cum praefatus Illustrissimus do-
 minus Procurator non intendat de novo concedere ,
 seu recognoscere , sed solummodo antiquum feudum
 reinvestire , et recognoscere , prout praedicta reinve-
 stita fuerunt , et in feudum legitime habita , et pos-
 sessa in omnibus ad formam dictarum antiquarum in-
 vestiturarum et praesertim dictae novissimae investiture
 factae per dictum Reverendiss. Carolum Abatiluca-

petri in dictum quondam dominum Curtium Gatticum
 suo , et nominibus antedictis non intendens item do-
 minus Procurator investire , seu reinvestire praedictos
 fratres de Gatticis superius nominatos respective de ali-
 quibus rebus quae hodie juste , et legitime ab eis non
 possidentur aut derinentur , ita tamen quod dicta
 feuda , nec aliquam eorum partem ipsi superius no-
 minari non possint , nec valeant vendere , nec alienare ,
 nec in aliquem , quam in eumdem ex ipsis respective
 legitime per lineam masculinam , et legitimam dumta-
 xat modo aliquo transferre , eo tamen addito quod
 praedicti superius nominati respective , et haeredes ut
 supra non possint , nec debeat se impedire de aliqui-
 bus rebus , quae a tempore primae , et antiquae in-
 vestiturae insurrexerunt , vel insurgent , deinceps occu-
 pent vel usurpent , aut se de illis aliquo modo intro-
 mittant quod si contra praedictae , vel aliquod praedictorum fecerint eo ipso a totis feudis , et ab omni
 iure ei ex praesenti investitura , et contractu quomodo-
 libet competenti cedant dicti superius nominati , et
 eorum haeredes , et feudum ipsum ad praedictam Men-
 sam Episcopalem libere revertatur , et sit devolutum
 salvis semper in praemissis juribus praedicti Reverend.
 domini Episcopi , et cuiuslibet alterius tertiae personae .
 Quia investitura sicut supra facta , praefati multum Re-
 verendi domini Presbiteri Gasparis dictis procuratoris
 nominibus dictorum Francisci , et Joannis Lucae pa-
 tris , et patrui sui , et dictus dominus Marcus Anto-
 nius suo nomine proprio , et nominibus , et vice di-
 dictorum Francisci , et Joannis Lucae fratrum suorum
 genibus flexis constituti coram praedicto domino pro-
 curatore juraverunt , et jurant ad Sancta Dei Evan-
 gelia manibus suis corporaliter tactis scripturis quod
 dicti principales sui , et dictus dominus Marcus An-
 tonius fratres ab hac hora in ante erunt praedicto
 Ill. et Rev. domino Episcopo , et successoribus suis
 in dictum Episcopatum canonice intranibus fideles ,

obedientes, et devoti non erunt in consilio, dicto vel facto, ut dictus Ill. et Rev. dominus Episcopus vitam, membrum, castrum, jurisdictionem, honores, et bona ad Episcopatum suum pertinentia perdat aut capiatur aliqua mala captione, et si sciverint aliquem vel aliquos aliquid tractantes, machinantes, procurantes ligam, vel conjurationem facientes contra honorem, et statum praedicti Reverendissimi Episcopi vel quibus honor, et jurisdictionis sua possint in aliquo perdi, laedi, minui, vel occupari praedictis pro viribus se opponent, et per se ipsos nuntium, vel procuratorem aut litteras fideliter manifestabunt, secretum eis impositum nullis pudent, nec aliquid facient propter quod pandi, vel manifestari possit pro honore, jurisdictione, et bonis Episcopalibus manutenendis, et defendendis, et in omnibus aliis suis necessitatibus requisiti erunt praefato Illustrissimo, et Reverendissimo domino Episcopo fideles, et adnitores contra omnes homines, Communia, et Universitates, et demum omnia alia juravit, et promisit quae jurare et promittere tenetur, et deber quilibet fidelis Vassallus domino suo, si eos Deus adjuvet, et omnes Sancti ejus.

Insuper dictus Ill., et Rev. dominus Procurator etc. modo 152 et exceptioni non numeratae poecuniae etc. fuit confessus habuisse, et recepisse a dominis Gaspare, et Marco Antonio nominibus antedictis in una parte libras vingt unam Imperiales pro duabus annatis debitibus dictae Mensae, et altera in ingressu dicti Ill. et Rev. domini Cardinalis, et altera in ingressu dicti Ill. et Rev. Vulpii pro decima dictorum dominorum fratrum quondam Gasparis, et dictorum fratrum filiorum quondam dicti domini Antonii Curtii Gattici consortium, ad computum librarum decem cum dimidia Imperialium pro singula annata, eorum alia parte a libris undecim, solidis sexdecim Imperialibus pro aliis duabus annatis antedictis pro dieta decima, dicti quondam domini Lucae Gattici quondam domini Bartholomaei de qua in-

vestitus fuit dictus dominus Marcus Antonius suo, et nominibus dictorum fratrum suorum, et acta dicta solutione, et satisfactione pro dictis annatis fecit etc. dictis domino procuratori Gaspari, et Marco Antonio nominibus antedictis fratrum etc. de omni eo quod ipsi vel Agentes dictae Mensae petere possint pro dictis duabus annatis, et ab eis dependentibus, promittentibus praedictis dominis Gaspari, et Marco Antonio praesentibus, et stipulantibus nominibus antedictis praesens instrumentum, et in eo contenta propter firmum, ratum, etc. et firma recta etc. habere, tenere etc. ac attendere, et observare etc. et non contrafacere obligantes omnia bona dictae Mensae Episcopalis etc. modo etc. et juravit more sacerdotali etc. et inde etc. praesentibus Ill. domino Joanne filio quondam Fabritii Langi, Jureconsulto Collegiato Novariae, domino Joanne Maria Brusato quondam Hyeronimi, et domino Joanne Baptista Viarana quondam Simonis de Malate superioribus notis etc.

Subscriptus Salvatorius Notarius, et Curiae Episcopalis Novariae Cancellarius de praemissis rogatus pro fide subscripti.

1721 28 Agosto.

Testamento del sig. Chierico Gio. Battista Gattico del 153 fu Giovanni Carlo Canonico Lateranense, per copia autentica Caccia, in cui fra le altre disposizioni trovansi le seguenti.

Prodotto dalle signore Conv. in loro comp.
22 ag. 1816.

Item titulo praelegati seu particularis institutionis, seu 154 dotacionis, et alias, instituit, dotavit et nominavit Aureliam Antoniam Catherinam ejus unicam sororem utrinque conjunctam in libris quinque mille imperialibus eidem assignandis in tot bonis stabilibus ejusdem domini testatoris ad electionem infrascripiae ejus matris cum hoc tamen pacto, et conditione praecisa, quod dicta ejus soror beat esse tacita, et contenta

NDAZ
ARA

institutione et constitutione dictae dotis pro omni, et
toto eo quod ipsa possit petere, consequi et habere in
bonis et hereditate dicti D. testatoris ejus fratris, et qua-
vis causa, et quoque jure, modo et titulo sibi quo-
vis modo competente, et competere quandoque pos-
sent, modo tamen ipsa nubat persona juxta ejus statum,
et conditionem, et cum consensu in scriptis haber-
i a dicto D. testatore, et a dicta, et infrascripta ejus
matre illorumque praesentia, et participatione, et non
aliter, quoniam aliter et ubi ipsa nubere vellent aliquo
viro absque positivo consensu, et participatione tam
dicti ejus fratris quam dictae ejus matris tunc, et eo
in casu vult, et intendit quod dicta ejus soror tacita
et contenta sit, ac esse debeat, prout ea simili mo-
do quo supra dotavit, ac dotat, et instituit in libris
tantum tribus mille imperialibus in totum comprehen-
sis etiam paraphernalibus eidem dandis, ac ad ejus
usum destinatis, et destinandis prout in dictis libris
tribus mille eo in casu eam supra dotavit, et dotat,
ac instituit faciens prout fecit, et facit hanc dota-
tionem omnibus in casibus etiam cum praesentia, et
consensu dominae Margarithae Vellinae ejus matris, tu-
tricis, et curatricis constituitur actu ejus deputationis
judicialis recepto per Notarium Castellum die decima
martii anni 1714 secul. cuius praesentis, et ad formam
juris, et statutorum ejusdem civitatis Novariae eidem
omnem licentiam, et auctoritatem dantis.

Ubi vero dicta Aurelia soror vellent monasticum habitum
assumere in monastica religione sibi magis benevisa
professionem emittere tunc, et eo in casu illam do-
minus testator doravit, et dotat, ac instituit in illa
dote spirituali, et aliis expensis necessariis usque ad
emissionem dictae possessionis inclusive in illo mona-
sterio sibi eligendo, et quod magis eidem placuit si-
mul, et cum omnia libellaria praestatione, virae ejus
naturali duranti eidem persolvenda in summa librarum
triginta sex imp. quolibet anno.

Quae dotatio, et institutio sic ut supra ac modis et spe-
cificationibus ut supra facta fuit, et facit per dictum
testatorem cum hac expressa lege, et conditione sine
qua etc., quod dicta domina Aurelia pro quoque jure
et actione sibi quandoque et quomodolibet compe-
tentente, seu competituro, aut competitura, si quod vel
quae nequeat ullo unquam futuro tempore, et casu
impugnare nec contradicere donationi, institutioni,
et renunciationi juris patronatus, et advocationis laicæ
ab ipso testatore factae favore i nobilis dicti J. C.
Joannis Francisci Gattici quondam nobilis Joannis Lu-
cae de ejus agnatione, et ex dictis nobilibus dominis
Comitibus de Castello, et Castri Gattici in omnibus,
et per omnia ac ad formam instrumenti publici dona-
tionis, institutionis, et renunciationis receptum per No-
tarium infrascriptum die secunda mensis augusti proximi
praeteriti, cui etc. et jam approbatum a Cardinali Bor-
romeo civitatis Novariae Episcopo, previo voto Fisci,
et in Curia Episcopali hujusve Civitatis registratum,
prout ex publicis instrumentis quibus etc.

Et hoc sub poena privationis ipso jure, et statim
ne dum tenatae sed meditatae, seu meditandaे con-
traventionis et impugnationis etc., quia sic expresse etc.
Quin immo praefata domina Aurelia ibidem praesens
sponte etc., ex certa scientia etc., ac ad plenum edo-
cera, et certiorata de instrumento dictae donationis et
approbationis, quod est in dicta approbatione tenoris
sequentis.

1721 2 Agosto.

Cum sit prout ibidem dicebar etc., quod infrascriptus
nobilis et Reverendus clericus D. Joannes Baptista Gat-
ticus aetatis suae annorum decem septem circiter, filius et
haeres universalis nobilis D. Joannis Caroli quondam
J. C. Joannis Baptistae quondam nobilis D. Gasparis
ex nobilibus Comitibus de Castello, et Castri Gattici

civis dictae civitatis Novariae licet dum viveret habitator loci Benislati intendat Deo dante religionem M. R. Canonorum Lateranensium seu aliam sibi magis benevisam ingredi, et ob singularem amorem quo prosequitur infrascriptum J. C. D. Joannem Franciscum Gatticum ex ejus agnatione, et confeudatarium decimae locorum Gattici, et aliorum locorum, et ideo prius cupiat, et velit ejus favore de infrascriptis suis jure patronatus, et portione seu portionibus decimarum infrascriptorum locorum disponere.

Hinc ideo est quod ibidem personaliter, et in praesentia 160 constitutus D. Nob. et M. R. Clericus D. Joannes Baptista Gatticus filius, et haeres universalis antedictus civis, et habitator dictae civitatis Novariae ibidem praesens per se etc. uti unicus patronus, et advocatus tam ex fundatione, et dotatione, quam ex consuetudine, et possessione, in qua de praesenti repetitur, et in qua steterunt omnes, et singuli dicti ejus majores, eque de praeterito per tanti temporis spatium immemorabilis, et cuius initii memoria hominum in contrarium non extat, parochialis ecclesiae Plebaniae nuncupatae Sanctorum Cosmae et Damiani loci Gattici Novariensis dicti nunc possessae per admodum R. Presbiterum D. Carolum Octavium Vandonum, uti ad eam nominatum, et praesentatum a nunc quondam Nob. dicto ejus patre et Ignatio Franc. ejus patruo, seu altero eorum, et uti confeudatarius seu feudatarius pro suis contingentibus portionibus decimarum locorum, et territorii Gattici, Agratis et Burgonii, et aliorum locorum de quibus ultimo investitus, seu reinvestitus ipse fuit ab Eminentissimo D. Cardinale Borromeo Episcopo faciens infrascripta omnia, et singula in praesentia, cum consensi, auctoritate, et licentia D. Margaritae Vellinae ejus matris tutricis, et curaticis eidem judicialiter deputatae, et confirmatae actu seu instrumento tenoris sequentis.

161 1714 10 Martii. Comparet domina Margarita Vellina quondam Joannis Baptistae Vida quondam nobilis D. Caroli Joannis Gatticici, quondam nobilis Jurisconsulti D. Joannis Baptistae civis, et habitator Novariae, et cum reservatione omnium temporum mortuum esse praedictum dominum Carolum p. Joannem Gatticum ejus maritum in die dominicae quarti currentis mensis sine testamento saltem de compraesentinota relictis post se Aurelia annorum undecim, et Joanne Baptista annorum novem ejusdem defuncti, et comparentis filiis legitimis, et naturalibus, et de legitimo matrimonio natis: exponit insuper, tutelam et curatelas dictorum Aureliae, et Joannis Baptistae de Gatticis pupillorum ex dispositione Novariensium constitutionum titulo de tutelis, et curis spectare, et dari deberi dictae comparenti, uti nominorum pupillorum de Gatticis matrone expensas in praejudicium pupillorum seu minorum praedictorum super acceptatione tutelae et curae fieri contingant super debita denunciatione intra quadragesimenses ab ipsis Novariensibus constitutionibus volita, et velit tutelam ipsam acceptare ex nunc, et in his scriptis praefata domina comparens se declarat, acceperisse, et in his scriptis acceptare tutelam, et curatela dictorum Aureliae, et Joannis Baptistae de Gatticis ejus, et dicti quondam D. Caroli Joannis filiorum, petens se in tutrice, et ut supra, accipi, deputari, et confirmari in omnibus ad formam ipsarum Novariensium constitutionum, offerens dare idoneam fidejussionem, et alia facere quae dictae Novarienses constitutiones volunt, et jus commune requirunt etc. et ita etc. seu etc. salvis etc.

Qui praefatus nobilis D. Consul justitiae visus, et auditus, visa et considerata dispositione Novariensium constitutionum ut supra alligata, omnibusque aliis mature perpensis, ordinavit, et ordinat, declaravitque

et declarat praefatam Margaritam Vellinam viduam
dicti quondam D. Caroli Joannis Gattici acceptandam,
deputandam, et confirmandam fore et esse, prout
illam acceptavit, deputavit, et deputat, ac confirmavit
et confirmat in tutrice, et per tempora curatrice
dictorum Aureliae, et Joannis Baptistae dei Gatticis
eisdem tutrici, et ut supra deputatae, et confirmatae
injungendo prout mandat, quod omnia utilia dictorum
minorum curet, inutilia praetermitat et alia faciat,
quae jus commune requirit, et ad quae omni jure tenetur, et predicta omni meliori modo etc.

Signatus Gallaratus Consul praestita tamen prius
jurata cautione loco fidejussionis.

Subscriptus Hercules Philippus Capra Notarius Novariae at-
testor de jurata cautione per dictam dominam Margari-
tam Vellinam praestita loco fidejussionis in repertorio Ac-
tuarius domino Innocentio Castello, et pro fide subscri-
ptius Carolus Innocentius Castellus Notarius et Actua-
rius pro fide etc.

Civis et habitator Novariae ibidem praesentis, et
praefato ejus filio opportunum consensum, et licen-
tiā, ac auctoritatem dantis, et praestantis etc.

Voluntarie, et ex certa scientia, et animo jam plu-
ribus annis antea deliberato, et quia sic sibi, et dictae
ejus matri tutrici, et curatrici facere placuit, et placet
ets omnibus modis etc.

Remittens etc. certificatus etc. titulo donationis ir-
revocabilis inter vivos, quae nunquam aliquo futuro
tempore, qualibet causa, seu quolibet jure, aut occa-
sione revocari, infringi, aut nullari possit, fecit,
et facit datum, donationem inter vivos, puram, me-
ram, liberam et irrevocabilem etiam titulo particula-
ris institutionis irrevocabilis hac cessione, et renun-
ciatione et alio meliori, et magis subsuibilem titulo, jure,
et modo quo, et prout melius etc. in perpetuum etc.

sinuab hac hora in ante duraturam, et valitatem etiamsi
nōdictus dominus donans non ingredetur praedictam vel
aliam Religionem, vel ingressus egredetur quandoque
etc. vel praesens instrumentum ab eo non ratificetur
ante professionem, ubi ratificatione opus sit, quia vult
valere, et quod valeat etiam absque dicta ratificatio-
ne, ubi dicta professio signatur seu requiri contin-
git, quia etiam in hoc casu sic sibi facere libuit, et
libet etc.

Cum amplio, et amplissimo dato ad proprium libero etc.
domino nobili jurisconsulto Joanni Francisco Gattico
filio quondam nobilis domini Joannis Lucae, quondam
nobilis domini Julii Gasparis, quondam Joannis Lucae
quondam Gasparis, quondam domini Franceschini,
quondam domini Antonii, quondam domini Lauren-
tii pariter ex dictis nobilibus dominis Comitibus de
Castello, et castri Gattici, et confeudatario pro-
ejus contingentio portione decimarum dicti loci Gat-
ticī, Burgognelli, Ciselli, et aliorum locorum, de-
qua quoque, et ipse ultimo loco fuit a paelibato
Eminentissimo dicto domino Cardinali Episcopo No-
variensi investitus ex instrumento recepto a domino Ca-
nonico Francisco Applano Curiae Episcopalis dictae
Civitatis Novariae Cancellario die 21 januarii 1715
proxime praeteriti ut dixerunt etc. ad quod etc. præ-
sentis, stipulanti, et acceptanti pro se, suisque haere-
dibus, et successoribus in perpetuum.

Nominative de jure patronatus, et advocatione laica
praefatae Parochialis Ecclesiae Plebaniae nuncupatae San-
ctorum Cosmae et Damiani dicti loci Gattici, nunc
possessae a domino Vaudono ut nominato et praesen-
tato ut supra in omnibus, et per omnia prout ipsi
dicti donanti competit, et consequenter de jure, et
facultate perpetuis futuris temporibus nominandi, et
praesentandi titularem ad praefatam Parochialem Eccle-
siam instituens in quoque casu, et quibus casibus illius
vacationis, ac roties quoties casus huic evenierit, prout
de omni et quoque jure ipsi dicto donanti suisque

haeredibus et successoribus competentes, ac in futuris
competituri in eodem jure patronatus annexis, et con-
supensis ac dependentibus quomodolibet, nihil penitus
excepto.

Item de dicta contingentia parte, seu portione, seu par-
tibus decimae, seu decimarum feudalium locorum, et
territoriorum Gattici, Agratis, Burgonii, aliorumque
locorum de quibus alias qui dictus Gaspar de Gatticis
fuit investitus ab Illustrissimo et Reverendissimo D.
Antonio Torniello olim Novariae Episcopo, et suc-
cessive ab aliis Episcopis investiti fuerunt dicti ejus
submajores, et ultimo loco ipse dictus donans investitus
seu reinvestitus fuit a praefato Eminentissimo domino
Cardinali Episcopo ut ex publico instrumento recepto
a domino Canonico Applano Cancellario Curiae Epi-
scopalis istius Civitatis Novariae sub die 19 decem-
bris anni 1714 proxime praeteriti cui etc. in modum
etc. dictum jus patronatus cum omnibus ejus praerogati-
vis, juribus, et qualitatibus transeat, et transire ha-
beat, et debeat in dictum dominum donatarium, om-
nesque ejus haeredes et successores, et dictae decimae,
seu jura decimandi transeant ibidem, et transire de-
beant in eundem Jurisconsultum dominum Gatticum
donatarium suosque haeredes, et successores masculos,
et legitimos et descendentes ab eo per lineam mascu-
linam legitimam dumtaxat juxta respectivam qualitatem
tam dicti jus patronatus, quam phoeudi dictarum
decimarum.

Hoc tamen expresse acto, et intellecto, et cum hac lege,
et conditione quod ususfructus portionis seu portionum
dictarum decimarum ut supra donatarum, et respective
datae, cessae, et renunciatae censeatur, et sit eidem do-
mino donanti reservatus, vita ejus naturali durante
tam eo ingredienti, quam non in dictam vel aliam
quamcumque religionem prout praedictum usumstructum
dicta ejus vita naturali durante sibi reservavit, et re-
servat, et cum haec etiam, quod ubi, et quatenus di-
ctus Reverendus dominus donans non ingredetur di-

etiam velialiam religionem, vel ingressus egredetur et
ipse esset capax et vellet institui, et provideri de dicta
Parochiali Ecclesia Plebania nuncupata Sanct. Cosmae
et Damiani dicti loci Gattici, tunc et eo in casu teneantur
dictus Jurisconsultus dominus Gatticus, et seu haeredes
et successores ut ipse promisit, ac promittit eundem
dominum donantem nominare, et praesentare ad dictam
Ecclesiae Parochialis Plebaniam sub poena nullitatis
cujusque nominationis, et praesentationis cuius-
vis alterius personae, quae omissa ejus persona, esset
nominata, et praesentata, et ipse dictus donans possit
ubi sit capax viae juris compellere eundem dictum
donatarium, et suos etc. et Ordinarium aliosque quo-
cumque dictos Superiores Ecclesiasticos pro hujusmodi
nominatione, et pro ejus institutione ad dictam Paro-
chiale Ecclesiam si vacaverit, et tunc erit vacans,
adire.

Item de jure, et actione recuperandi quamcumque por-
tionem dictae decimae seu decimarum male et nulliter
dicto quondam Catolo Joanne ejus patre seu quoque
alio ex ejus dictis majoribus cuique personae aliena-
tam, et hoc etiam per viam juris, et aliter prout nullius
de jure etc. usque ad dictam recuperationem inclusive.
Et hæc omnia simul in omnibus juribus, actionibus
et scripturis quibuscumque dicti juris patronatus, et
phoeudi decimare cum solemnibus tunc, cessione jurium,
et actionum, translatione dominii, et possessionis seu
quasi etc. solemni, et speciali constituto, constitutione
missi et procuratoris in rem propriam ipsius dominus
donantis, et ut supra, eo modo quo ei de jure com-
petit etc. positione in sui locum, jus, et statum, et
cum promissione sui etiam nomine haerendum, et suc-
cessorum suorum in infinitum manutendi, seu raram
habendi praesentem donationem, et particularem insti-
tutionem, cessionem, et renunciationem respective, et
ab ea non recedendi, nec illo unquam futuro tem-
pore illam impugnandi, neque quidquam contra illam

excipiendi, et cum clausulis magis utilibus et proficuis
praefato domino donatario, suisque haeredibus, et
successoribus ut supra quoque tempore fusius exten-
dendis et item ad dictamen sapientis ita quod praesens
donatio, institutio, cessio, et renunciatio, et jurium
praefatorum translatio plenum, et omnimodum sortiri
possit, et debeat effectum favore suprascriptorum dicto-
rum donatariorum, et ut supra, et hoc gratis, et ob
amorem quo praefatus dominus donans eos prosequi-
tur tamquam etiam de ejus familia, seu agnatione
ut supra.

Et quia praefatus dominus donans scit praesenti donatio-
ne, institutione, ac renunciatione dicti juris patrona-
tus, ac decimarum ab eo ut supra facia, jurisque pa-
tronatus praefati, et earumdem decimarum translatione
indigere consensu, et confirmatione, auctoritate, et
approbatione Eminentissimi, et Reverendissimi domini
Cardinalis Episcopi Novariensis tamquam ordinis, seu
Sanctae Sedis Apostolicae quatenus etc. ideo pro se, ac
espotheredibus ac successoribus suis eorumque nomine, et cum
promissione recti. Sponte etc. et ut supra fecit, con-
stituit, et creavit ejus et modis ut supra certos, mis-
sos, nuncios, et procuratores speciales ac irrevocabili-
les quidquid melius etc. suprascriptum dominum dona-
tarium, ejusque haeredes, et successores in praesenti
donatione, constitutione, et institutione comprehensos,
et successive quemlibet eorum etc. ad quocumque fu-
turo tempore petendum, et obtinendum dictum con-
sensum, et quamlibet opportunam approbationem,
confirmationem, et auctoritatem etiam post obitum
praefati domini constituentis pro ejusdem donationis,
institutionis, et jus patronatus, et phaeudi decimarum,
seu juris decimandi ut supra translationis majori sub-
sistentia, et validitate in omnibus et per omnia prout
de jure requiritur, et quatenus ad perendum a praefato
domino Eminentissimo Cardinali, seu Episcopo
sibi conferri in gratia dictum jus patronatum, et phaeu-

cupidum decimae, seu decimarum etc., ac etiam quatenus
opus sit ad obtainendam dispensationem a Senatu Excel-
lentissimo Mediolani ratione minoris aetatis dicti D.
donantis, vel aliter quandoque requiritur etc. ex quale
alia causa pro majori ipsius donationis, et renuncia-
tionis, seu institutionis ac cessionis particularis convali-
datione etc. ubi opus sit, seu esse possit, et non ali-
ter etc.

Item ubi, et quatenus expediet, et opus esse possit ad
lites et causas in praemissis et circa praemissa oppor-
tunas, activas, et passivas, motas, movendas, civiles,
criminales, meras, et mixtas in quolibet Foro, et Tri-
bunali, ac in quaelibet instrumenta cum clausula ad
lites amplissima etc.

Pacto tamen, quod, ubi contingat quoque tempore de-
negari consensum, confirmationem, et approbationem
ab Ordinario Novariense seu etc. praesens donatio et ut
supra, eo in casu habeatur per non facta, nec sit at-
tendenda, et dictum jus patronatus adhuc remaneat,
et remanere debeat penes dictum dominum donantem,
ejusque haeredes, et successores; et generaliter etc.
Dans cum plena, et libera etc., promittens etc., relev-
ans etc.

Et renunciando etc.; et maxime dictus dominus do-
nans ac renuncians etiam beneficio cuiusque concilii,
et quocumque canonum mandantium dictam ratifica-
tionem, et cuiuslibet alterius juris in contrarium dispo-
nitentis etc., ac lege si unquam, cod. de revocatione
donationum, et omnibus etc. Certioratus etc.

Et dictus donans juravit, praemissa vera esse etc.,
habere rata etc., et non contravenire etc., nec habilita-
tionem petere, petitaque, et obtenta non uti, neque
facto majori, et seu e Religione egresso, quoniam ita
placuit ei etc., et placet etc. etiam sub refectione etc.

Ulterius tam dictus dominus donans, quam dictus domi-
nus donatarius juraverunt, et jurant, tactis etc. quod
in praemissis, et circa praemissa, et ut fierent non in-

tervenit, nec aliquo futuro tempore interveniet aliqua
fraus, dolus, illicita pactio, aut ulla simoniaca labes,
vel corruptela, minusque dicto domino Joanni Baptista
nec cuique alii ejus nomine, nec aliter dicta de
causa dominum donatarium quidquam promisso, vel
dedito, aut compensasse, sed omnia facta fuisse etc.
illegitima, sincerae, - » et juxta Sacrorum Canonum
constitutiones etc. et insuper etiam juraverunt, et ju-
rant praedictae donationem, renunciationem, institu-
tionem et ut supra, esse veras non autem fictas, nec
vincularas esse, neque in fraude alicujus, sed sincero
mentis affectu, et bona fide ad hujusmodi donationem,
renunciationem, cessionem, et ut supra devenisse, et
absque ulla pactione palam, vel secreto facta quod
ullo unquam futuro tempore retrodatio vel retrocessio
fieri de juribus donatis, et ut supra ac in omnibus, et
per omnia prout jurari requiritur etc. ex dispositione
Novariensium constitutionum.

Quam autem donationem, et institutionem, cessionem,
et renunciationem, ac omnia et singula suprascripta
praefatus nobilis dominus Joannes Baptista Gatticus do-
nans ut supra praesens per se etc, et haeredes convenit,
ac promisit, et promittit praefato nobili domino J. C.
Joanni Francisco Gattico donatario antedicto ibidem
praesenti, et acceptanti pro se, et haeredibus habete
etc., firmam et firmas attendereque, observare, et non
contravenire etc., ac defendere etc. sub refectione etc.
obligando etc., constituendo etc., renunciando etc.,
et ad majorem etc. juravit etc. praemissa omnia et
singula vera esse ac attendere etc., et inde etc.

Al surserito instrumento trovansi le seguenti inserzioni.

Eminentissimo, e Reverendissimo Signore,

L'umilissimo servo di V. S. Gio. Battista Gattico figlio
ed erede del su. Gioanni Carlo cittadino di Novara,
Chierico tonsurato, d' età d' anni 29 non compiti, e
necher per maggiormente servire a Dio ha deliberato di

dorvestire l' abito di Canonico Regolare, o entrare in al-
tra Religione con l'autorità, consenso, e presenza
della Margarita Vellina l'db lei madre, tutrice, e
curatrice giudiciale, e che tiene i Aurelia sua sorella
prossima al matrimonio di età maggiore di essa, e co-
me unico moderno padrone della Chiesa Parrocchiale
Pievania de' Santi Cosma, e Damiano del luogo di
Gattico di questa Diocesi, e feudatario per le sue
contingenti porzioni delle decime de' luoghi, e terri-
torio di Gattico, Agrate, Burgogno, ed altri luoghi
ultimamente investito, o sii reinvestito in nome della
V. S. e della Mensa Vescovile per instrumento rogato
Appiano 19 dicembre 1714 in prova dell'amore singo-
lare, e distinto che porta al detto Giovanni Francesco
Gattico come della sua agnazione, e pure feudatario per
le sue contingenti porzioni delle stesse decime di detto
luogo di Gattico, ed altri luoghi patimenti insieme
con Antonio Cutzio fratello, e nipoti Gattici in nome
della S. V. investito, o sia reinvestito come da instru-
mento pure rogato Appiano delli 21 gennajo 1715,
ha donato al medesimo anche a titolo di particolare
institutione, e rinuncia non solo le ragioni del jus
patronato di detta Chiesa Parrocchiale, ma anco le dette
contingenti porzioni delle decime, riservato però a se
l' usufrutto di quelle, vita sua naturale durante, si
entrando, che non nella religione in modo che il
detto jus patronato passi nel detto signor D. Gattico
donatario, e suoi eredi, e successori, e le dette deci-
me passino nello stesso e suoi eredi maschi legittimi,
e discendenti da se per linea mascolina legittima so-
lamenter secondo la rispettiva qualità tanto del jus pa-
tronato, quanto del feudo, come da solenne instru-
mento rogato Gaccia 2 agosto con patto, e condizio-
ne che tal donazione, istituzione, e rinuncia sii nulla
e non possa sentir l' effetto senza il benigno assenso,
ed approvazione di V. E., e per ottenergli in qualsi-
volta tempo restano il medesimo Gattico e suoi eredi,